



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hymnis Confessio

Coloniae Vbiorm, 1645

CAP. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

8 R E I P O E N T T E N T I S

cut flos agri ; exsiccatus est flos ; & cum eo una
fructus, qui de me sperabatur, exaruit. etenim,
hac ope auxilioque destitutus , in omnes ina-
nes & stultas cogitationes evanui.

C A P . VIII.

ET sane, quid boni de me darem , mei jaris
effectus, sine rectore, sine duce, adolescens,
ac pronus ad malum ? Ille mihi erat auctor &
impulsor ad laudem ; ille verum demonstrabat
iter ad gloriam; ille exquisitos tota urbe inge-
nuarum artium magistros adducebat; ille, quæ
in me pullulabant naturæ vitia , conabatur e-
vellere ; nam ingens ac superstitionis exor-
nandi corporis excolendæque formæ studium,
quo tum flagrabam , vulgaribus pene vestibus
præbendis , compesciebat : quod studium par-
tim mea mihi natura , mundiarum amatrix,
excitaverat, partim virginum quarundam, qui
buscum eram , consilia auxerant ; quæ, ut mos
est mulierum , in eo posita esse omnia existi-
mant, illud vehementer inflammabant. præ-
terea, eos spiritus, quos tum fervor ætatis, tum
insana quædam ambitio commovebat, qua vi-
ctu , vestitu , ac ceteris in rebus , summis viris
par esse cupiebam, comprimebat , ac meo me
modulo ac pede metiri docebat. ille vanitates
& insanias falsas , quas conceperam ex poëta-
rum lectione , quos in manibus semper habe-
bam , ejiciendas sanandasque curabat. Quan-
tum miseræ animæ inæ damnum hæc tam
perniciosa poëtarum studia dedere ! quantam
puritati meæ labem intulere ! Ut non immer-
to hos , tam impuros vitæ magistros , ex sua
commenticia civitate Plato dejecerit.

C A P .